Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et humiditate cum magna debi-
litate fuisse molestatum. Et
adhuc frigiditatem intensam
in membris genitalibus valde mag-
nifice fuisse passum, propter quod
est huius viri egritudo he-
reditaria denominari potest
et est peyor quam si esset a tem-
pore sue contracta, aliis paribus.
Adde iterum quod longa et frequens
evacuatio emorroidarum hunc
virum perduxit ad consimilem
dispositionem magnifice aug-
mentandam. Omnis enim evacu-
atio et intensive magna
a longe durans perducit ad
lapsitudinem et debilitatem
membrorum motus et destruc-
tionem innati caloris et aug-
mentum frigiditatis, propter quam
diminuuntur et corrumpuntur
operationes membrorum ut scribitur
3° in tractatu de astilite. Ex quorum
omnium fundamento iam mani-
feste apparet quod huius viri
dispositio est mala complexio
frigida et humida totius cor-
poris materialis que cum iam
vadit magis in capite in sto-
macho et membris genitali-
bus eius, ut iam deductum est.
Apparet 2° quod egri disposito-
rum suis accidentibus est val-
de vereda. Et sequitur tertio
quod ad eius curam citissime
properandum est. Et sequitur 4to
quod cura accidentium predictorum
vana esset et parum utilis
sine permutatione eius ad sub-
tractionem frigiditatis et humidi-
tatis materialis de qua dictum est. Sequitur
4to quod cura huius viri fun-
dari debet super debito re-
gimine mesurato multum acu-
tate et discrete per res non natura-
les et medicinales ut nunc sequitur.

Particula secunda huius tractatus est de convenienti regimine huius viri per res non naturales cuius capitulum primum erit de habitatione et loco quietis.

Quoniam huius viri disposito
ut apparuit in precedenti capitulo
est lapsus ad frigidum et humi-
dum nobiliter intensus. Ideo
indiget regimine reductivo
ad dispositionem meliorem, quod
per contraria fieri debet, ergo
locus ubi habitare debet eli-
gendus est ad caliditatem et
siccitatem declivis. Sed hoc re-
gimen huic viro non nisi cum
magna difficultate exigi potest
quoniam ipse propter magnas vita-
lie distolias oratoria digni-
tate vel offitio, diversos ar-
bes et loca necessario cogitur
perambulare, quitquid tamen
contingat, eligat sibi habi-
taculum a vento et circibus
aquarum elongatum, et caveat
moram contrahere in habitacu-
lis antiquorum edifitiorum ruptis
puruleta humiditate corrup-
torum et frigiditate magna
propter quod eligat locum satis con-
venienter ornatum et munitum
in quo etiam ignis accendatur
non ex carbonibus sed ex lignis
abietis quercus lauri pomorum
iuniperi et consimilium. In quo
etiam suffumigatio fiat cum pul-
vere storacis calamite super
asperso prunis ignitis aut cum
laudano thure ligno aloes
sandaraca colofonia resina
bene dura vel cum trocistis iste
Recipe Gallie muscate laudani
electi ana ʒ. i. s. storacis calamite
ʒ. vi. ligni aloes ʒ. i. baccarum
ʒ. vi. lauri ʒ. iii. pulveris foliorum